nera ꝑhēnitatis mihi largi-
ri dignet̄ veniā ꝓ dlictis ce
leſtiſqꝫ regni faciat eē ꝯſor-
tē Jeſus chriſtus dn̄s nr̄ fi
lius virginis ⁊ amator virgi
nitatis. Qui vi

¶ Oratio de oībus ſcis

Omnes ſancti ſpūs ⁊ aīe

iuſtoꝝ et ſcōꝝ dei q̄ merui-
ſtiꝫ conſortes fieri celeſtiū vir-
tutū et pfrui eterne claritatiꝫ
gloria. Precor vos per illius
honorem et amorem q̄ vos
beatificauit. vt intercedere
dignemini ꝓ pctis ⁊ āguſti-
is meis vt ꝯfeſſione pura ꝯ-
tritione cordis et penitētia
condigna cum pceptione ſā-
ctiſſimi corpis. ⁊ ſanguinis
dn̄i noſtri ieſu chriſti et ſacri
olei vnctione añq̄z de hoc ſecu-
lo migrare me oporteat ful-
ciri merear ⁊ in illa tremēda
hora finis vite mee ſētiā vr̄z
iuuamē ne cum impijs ſpi-
ritibus et damnatis hōibꝰ.
ad eternā penā dijudicer. a
labe pctōꝝ miſericordit̄ pur-
gatus. ac vobꝭ adiūctus ptē
ꝑme reſurrectionis obtine-
am ⁊ in celis vitam eternā
habeā. Per xp̄m. Letamini in
dn̄o ⁊ exultate iuſti. Et glā-
mini oēs recti corde. Oreꝰ

Omnipotens ſempiterne deꝰ q̄
nos oīm ſcōꝝ tuoꝝ me-
rita ſub vna tribuiſtis ꝯme-
moratione venerari queſu-
musvt d̄ſideratā nobis tue
pticipationis abūdantiam
multiplicatis interceſſoribꝰ
largiaris. Per dn̄m nr̄m ie-
ſum xp̄m filiū tuū. Qui vi-
uit et regnat deus. Per oīa
ſcl'a ſeculorum Amen.

Animarum chriſti fideliū
antidotariū ſalutiſerū q̄ et e-
grotantes adoptatū ſanita-
tez reſtitui ⁊ ſane in ipſa ſa-
nitate ꝯſeruari valeāt h̄ fine
ſumpſiſſe cernēs. o lector d̄-
uotiſſime deo cunctipotēti
cū ſuis ꝯregnātibꝰ grās age
Diligētiāq̄z lauda collecto-
ris fratris nycholai Abbatiꝫ
pe merij. Ciſtercieñ ordinis.
q̄ ex varijs ſcōꝝ pr̄z opuſcul'
exerpens in hunc faſciculuz
illum congeſſit

Impreſſuz in op-
pido Delfenſi per me Chri-
ſtianū Snellaert Anno dn̄i
milleſio. q̄dringēteſiō. xcvº.
xiiij. die menſis Aprilis

¶ Tabula generalis libelli pn̄tis

Modus ꝯfitēdi ſuccinctus ſiue ꝯfeſſio generalis andree hiſpani q̄ ⁊ ſpeculū ꝯfitentium dicit̄ Folio ſecundo.
Qualis debeat eē cōfeſſio. et plura ad idem ibidē
Alia breuis ꝯfeſſio io
Cōfeſſio ſancti bernar.: ji
Cōfeſſio alia. cū q̄dā grārū actione fo.jr
Orōnes dicēde ante ſacraʒ ꝯmunionē fo.jʒ: ⁊ ꝯſeq̄nter
Grāꝛactiones poſt ſacrā cōmunionē fo.j5. ⁊c̄
Jubilꝰ ſci bernar fo.j9
Orō dicēda an̄ ſacraʒ ꝯmunionē 20
Orō poſt ſacrā ꝯionē. 22
Alia ad idē 24
Orō dicēda qn̄ iā vis ꝯicare folio eodē
Alia orō de eodē: 25
Orō poſt ſacrā ꝯionē. 25
Oratio ambroſij. de paſſioē dn̄i: ibidem
Orō in eleuatione corporis dominici 27
Orō ſacti thome ad idē 27
Salutatioēs ad dn̄ʒ ih̄m 27
Orō in eleuatioē dicēda 27
Orō poſt eleuationē. 28
Alia ad idē ibidē
Oratio dicēda. corā imagine crucifixi ibidē
Orō de ſeptē verbis dn̄i. in cruce ibidē
Alia ad idem 29
Orō de paſſioē chr̄i. ad patrem ibidem
Alia de eodē ad filiū. ibidē
Itē alia de eodem. ibidē
Orō de ſgulis pticulis paſſionis xp̄i ibidē
Orō pꝰ eleuationē dicēᵃ. 30
Orō dicēda dormituro. 30
Orō dicēda de mane 30
Orō cū mane ſurgis 31
Orō ſci auguſtini reuelata a ſpū ſcō ibidē
Cōmēdaᵒ ad ſcām crucē. 31
Alia reꝯmēdaᵒ de maē 32
Recōmēdaᵒ ad v̄ginē gloſam ibidē
Alia de eodē 33ᵒ
Alie orōnes dicēde ad prēʒ. filiū ⁊ ſpūm ſcm̄ ibidē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Cū volueris ire dormitū 34
Orō valde bona ad impetrā
dū oē petitū ibidem
Alia de eodē efficatior 36
Orō ꝯ accuſationes ⁊ falſaſ
machinationes. 37
Orō ꝓ pctōꝝ remiſſione et
fine bono impetrādo ibidē
Orō ꝓ fine bono ad prē: 38.
Alia de eodē ad filiū: 38
Itē alia ad idem ibidē
Orō ſ: Bern: ad ieſu 38
Orōnes tres de paſſioē dñi.
q̄ poſſēt dici in miſſa ꝓ Col
lectis ⁊c̄ 38
Grā actio ad prēm ꝓ paſſi
oē filij valde efficax. 39
Orō ad filiū de eiuſdē paſſi
one 41
Pſalteriū Auguſ. dicēdū in
extremis ꝓ bono fine 42
Letania p̄dicti pſalterij ad
idem 44
Octo vſus pſalterij r̄uelati
ſcō Bernardo a diabolo 45
Orō. bed de ſeptē vbis dñi
Folio. 46
Orō ſci gregorij de q̇nq3 vl
neribus chr̄i. 46
Orōes dicēde corā ymagiē
pietatis cū q̇nq3 pr̄ nr̄: ibid.
Salutationes ad oia chriſ
ti membra 47
Orōes q̇ndecim de paſſioē
dñi r̄uelate ſcē birgitte dicē
de cū totidez Pr̄ nr̄ ⁊c̄. q̄ q̄3
ſint efficaces vide folio. 48
et cōſequēter
Salutatio vulneꝝ chr̄i 51
Orōes q̇n3 de q̇nq3 gaudijs
dñice reſurrectionis 51
Orōnes tres q̄ h̄nt rome in
q̄dā capella. 52
Orō pape iohis xxij: anī voni
cā dicēda ibidē
Orō ad idē q̄3 innocēti⁹ dota
uit multis indulgētijs 53
Placit⁹ btē vginis quē boni
faci⁹ dotauit indl'gētijs pli
mis 53
Alia oratio ad idē ibidē.
Orōes d̄ q̇nq3 dolorib⁹ btē
vginis q̄s ſcūs Ancelmus
eiuſdē capellan⁹ ꝯpoſuit. 54
Orōnes alie de eodē: 55
Orōes ad dñz ieſū d̄ q̇n3 po
tiſſ is dolōib⁹ ſue paſſiōis 56
Orō valde efficax d̄ paſſioe
dñi dicēda xxx. dieb⁹ ⁊c̄ 57
Orō ad vginē itemeratā ha

bēs indulgētias multas. 59
Orō alia de eadē 60
Alia orō ad vginē ma. 61
Orō ſci edmūdi ad virginez
gl'oſaz: Et ad ſcm̄ ioānē euā
geliſtā eius tutorem 62
Orō aurea ad btāz vginē 63
Alia orō data btō bernarᵒ:
ab āgelo de vgiē gl'oſa: 63
Alia ad eandem ibidem
Orō de om̄ibus mēbris btē
marie virginis ibidem
Orō ſixti pape q̄rti dicēda
corā imagine btē virgis. in
ſole hn̄s multas indl'gētias.
folio 64
Oratio de vii. gaudijs corp
alib⁹ btē virginis 64
Alia orō de eiſdē gaudijs 65
Alia breuis orō d̄ qnqz gau
dijs btē virginis 65
Orō d̄ ſeptē gaudijs ſpūali-
bus beate virginis: 66
Orō d̄uota ad ſcāz trinitatē
et ad btām virginem p̄ grā
impetrāda ibidez
Orōes ſci bern̄ d̄uotiſſime
efficaciſſimeqz q̄s cū ſemel
oraſſet crucifixū ſe inclināś
ipſum amplexabat̄ 67
ꝛ conſequenter
Orō ad btām virginē 70
Alia oratio ad eādem ibidē
Roſariū btē marie cū articu
lis vite chriſti 71
Sequūt̄ orōnes d̄uote dicē
de a ſacerdotib⁹ an̄ miſſā ꝛ
pᵒ porʳ orō ſci marti ppē 72
Oratio bti ambroſij 74
Alia oratio an̄ miſſam 76
Allie plures de eodē ibidez
Et conſequenter 76
Grāꝝactio poſt miſſā: 79
Alia ad idē p̄ viuis ꝛ defūc
tis Folio 80
Orō gerſonis p̄ modū appe
llationis edita ibidē
Seq̄t optiā inforāᵒ religio
ſoꝝ ac oim̄ clericoꝝ q̇ ad di
cēdū canonicas horas ſūt aſ
tricti quō ad eas ſe p̄pare et
q̄l'r ſe in eiſdē hr̄e debeāt. 82
Meditatioēs ad ſingl'as ho
ras vide ſequētib⁹ folijs.
Orō dicēda an̄ horas: 83
Oratio poſt horas dicēᵃ 87
Decretū ꝯſilij baſilienꝭ quō
diuinū officiū ſit p̄agēdū 87
De modo pſallendi bernar
dus ſup cātica. folio 89

Sequūt̄ q̄dā d'uote orōnes ſiue meditatiōes d ep̄ncipa l.orib⁹ feſtiuitatib⁹ anni. Et p° de natiuitate dñi 89
Alie orōnes ad idem: 90
Orationes de natiuitate: dñi ad ſcām mariā 2j
Alia de eadē ad chriſtū 93
Orōnes de reſurrectione dñi folio 93:
Orōnes de ſpū ſcō in die pē thecoſtes fo95
Orōnes de dulciſſimo nomiē ieſu. 97
Orōnes deuote dicend: in dedicatione tēpli et qñ it̄ p indulgentijs ↄſequendis 97
Suffragia dicenda p fidelibus defunctis. 99
Letania defunctoꝝ: ibid
Orō p d'fūctis dicēda joj
Alia de eodem jo2
Alia ad idem io2
Orō p ↄſuatore loci ꝛ pro ↄgregatione io5
Orō bona d'ſcā cruce io5
Alie orōnes ad idē io6
Inuocatio ſcē trinitatꝫ ibi
Orōnes dicēde ab itinerātibus fo: eodem
Contra raptores. io7
Contra tempeſtates. io7
Sequūt̄ orōnes bti Aug⁹. ad ſcāꝫ trinitateꝫ p ferias ebdomade diſtincte. Et p° ponitur orō dñica die dicē⁹. io7
Oratio ſcda feria. io8
Oratio feria tercia io9
Oratio feria q̄rta. iio
Oratio feria q̄nta. ibidē
Oratō feria ſexta iı2
Sabbato orō ad ſcām trinitatem iı3
Sequūt̄ orōes dicēd in ſolēnitatibus beate marie v̄gis folio iı4
Alia ad idem: iı5
Alia oratio ad idem iı5
Orōnes de āgel. Et p̄mo d ſancto mychaele iı9
De omnibus angel' ibidē
Ad p̄p̄um angelū ibidm
Alia ad eundem ı2o
De ſcō ioāne baptiſta. ı2o
Alia de eodē ı2ı
Orō ad oēs p̄r̄iarchas ı2ı
Oratio ad ſcm̄ petrū ibid
Alia de eodē ibidm
Orō ad ſcm̄ paulū ibidē
Orō ad ſcm̄ andreā. ibid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Alia ad eundem ibidē
Orō de ſācto ioāne euangeliſta folio j22
Alia de eodē ibidē
Orō de ſācto thoma j22
Orō de ſcō mathia apl'o j22
De ſcō phillippo apl'o ibid̄
De ſcō iacobo maiori. ibidē
De ſcō iacobo minori 123
De ſcō bartholomeo 123
De ſcō matheo apl'o ibidē
De ſcō ſymone apl'o ibidē
De ſcō iuda apoˀ ibidē
De omnibus apo ibidē
Ad oēs apo 124
De ſcō ſtephano ibidē
De ſcō vincētio Laurētio ꝛ de ſancto ſebaſtiano. 124
De ſcō georgio 125
Ad ſcm̄ dyoniſiū ibidē
Ad ſāctū chriſtoforꝝ ibidē
Alia oratio ad eūdeꝫ ibidē
De ſācto Eraſmo ibidē
Orō ad decē mille mar. 126.
Ad q̇ndeci auxiliatores. 126
Aª oratio ad eoſdē ibidē
Orō ad oēs ſcōs marti. 127.
Ad ſcm̄ gregoriū orō: ibidē
Ad ſāctū ieronimū ibidē
Orō de ſcō bernardo. ibidē
Orō de ſcō auguſtino. j28
Ad ſcm̄ florentiū 128
De ſcō martino ibidē
De ſanto nycholao. 129
De ſācto anthonio ibidē
Ad oēs ꝯfeſſores ibidē
De tribus regibus 130
De ſcā barbara ibidē
De ſcā Agne. ꝛ Agatha. 130
De ſcā dorothea. 131
De ſcā appolonia. ibidē
De ſcā margaretha. 131
De ſcā maria mḡdaleā. ibid̄
De ſcā Anna ibidē
De ſcā katherina 132
De ſcā Cecilia ibidē
De ſcā lucia ibidē
De ſcā criſtina ibidē
De ſcā elizabeth: 133
De ſcā vrſula ibidē
Orō ad vndecim mille ꝟgines 133
Orō ad oēs ſcās ꝟgiēs. ibid̄
Orō de oibus ſcis ibidē

¶ Explicit tabula hꝰ opis.

Ex parte fr̄is petri de colonia
[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

O domine ihesu christe deus meus tue con-
solationes laudes et gloria tibi sint sem-
per, michi autem (ut dignum et iustum est)
confusio, nisi oppositum proveniat michi
de tua misericordia. Postea

O domine deus omnipotens sufficit michi opti-
me ut premium meum atque remuneratio
a te reservetur michi in ~~post~~ paradiso,
in presenti illud non carebis. Illud unum
suppliciter oro ut michi non rapiaris
sed ut vivam in tua gratia nunquam de cete-
ro fiat voluntas tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Dumque laudes ~~[illegible]~~ a domino ihesu christo eundem religiose emulare

Salutatio prima

Ave domine ihesu christe rex benedicte: ~~ve~~ verbum patris, filius virginis, agnus dei salus mundi, hostia sacra, verbum caro factum, fons pietatis

Salutatio 2a

Ave domine ihesu christe rex benedicte, laus angelorum, gloria sanctorum, visio pacis, deitas integra, verus homo, flos et fructus virginis matris

Salutatio 3a

~~Ave dne~~

Ave domine ihesu christe rex benedicte, lumen celi, precium mundi, gaudium nostrum, panis angelorum, cordis iubilus, rex et sponsus virginitatis

Salutatio quarta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Ave domine ihesu christe rex be/
nedicte / splendor patris / princeps
pacis / ianua celi / panis vivus / vir/
ginis partus / vas puritatis

Salutatio quinta

Ave domine ihesu christe rex be
nedicte / vita dulcis / veritas perfecta /
premium nostrum / charitas summa //
fons amoris / dulcedo et pax durabi//
lis / requies nostra / vita perhen//
nis miserere nobis

Tractatulus singularis pro compun//
ctione ac devotione excitanda
per singulas ferias

Dominica dicitur
De gloria celesti } Mane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Erigamus sursum corda fratres di-
lectissimi et consideremus que
et quanta nobis in celis pro
missa sunt gaudia, ut vilescant cuncta
que cernuntur in terra. Nulla enim vel lin-
gua dicere vel intellectus sufficit cape-
re, illa superne civitatis quanta sint gau-
dia, angelorum choris interesse, cum beatissi-
mis spiritibus glorie conditoris assistere, et
ab illorum iocundissima societate numquam disce-
dere, presentem dei vultum cernere, incircum-
scriptum lumen videre, nullo mortis me-
tu affici, incorruptionis perpetue munere
letari. Meditemur igitur civitatem illam
celestis Iherusalem patriam nostram latam
et speciosam et mirabiliter luminosam non
egentem ~~lumine~~ solis neque luna quia deus sol
iusticie et candor lucis eterne lucerna eius
est patriam gloriosam atque sublimem cuius auro
gemmisque mirabiliter rutilantem. Platee eius
constrate sunt auro purissimo, muri eius sunt

dati in saphiris: iaspidis/propugnacula eius
preminere fecit. Ipsa urbs regum laudibus ange-
lis scilicet et hominibus est constructa/floribus constrata
margaritarum prelucentibus exornata/perpetu-
a pace stabilita/gloria et honore coronata
et omnium bonorum affluentia completissima
Ibi vita est sine morte/iuventus sine sene-
ctute/lux sine tenebris/pax imperturbabi-
lis: ad quam omnes pervenire cupimus quicquid in cre-
aturis est luce clarius intelligimus. Quid
enim nescire possent qui scientem omnia sciunt ac
vident: et quid semel vidisse est omnia vidi-
sse. Quia illud solum verum et singulare est
gaudium quod non de creatura sed de creatore
concipitur/quod cum possidebimus nemo tollet a
nobis. Cui comparata omnis alia iocunditas me-
ror est/omnis suavitas dolor est/omne dulce ama-
rum/omne decorum fedum/omne postremo quod
cumque delectare poterit molestum. Nullum illic ad-
erit malum/bonum nullum latebit vel aberit.
beatissimo quoque teste Augustino tanta est
pulchritudo iusticie/tanta iocunditas lucis e-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

tiam hec eſt incommutabilis veritatis atque ſa-
pientie: vt etiam ſi non liceret aliquid manere quam
vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabi-
les annos huius vite plenos delicijs et circumfluen-
tia bonorum temporalium recte contemni meritoque contem-
nerentur. Et vt paucis multa dicamus tot et tan-
ta ſunt ibi gaudia quod omnes ariſmetici non poſſent
ea numerare, nec omnes geometri poſſent men-
ſurare, omnes grammatici, dialectici et rethores
non poſſent ea ſermonibus explicare, quia nec ocu-
lus vidit nec auris audivit, nec cor huma-
num meditari quod preparavit deus diligenti-
bus ſe.

¶ Veſpere

Deinde levemus mentem noſtram et videa-
mus quanta illic et quam iocunda erit ſocie-
tas, vbi rex regum et dominus dominantium creator vni-
verſorum ~~…~~ reſidebit glorioſus in ſedis ſuis, mira-
bilis in maieſtate ſua, cum cuncti celici cives cla-
re et ſine enigmate facie ad faciem viſuri ſunt. Ibi
cognoſcetur beata et glorioſa trinitas inſepara-
bilis vnitas que ab omnibus beatis ſine fine videbi-
tur ſine faſtidio amabitur ſine fatigatione lau-

dabitur cum filiis gaudio videretur. Ibi e gloriosissima
mater dni dei perpetua virgo maria tota cele/
stis curia perornans sole et pulchritudine sua / q
quam circumdant et comitantur virginales turme ta
quam flores rosarum et lilia convallium Ibi natura an
gelica choris pulcherrime distincta novenis:
triplicique hierarchia divinis laudibus alacriter
intenta dant et ibi preclari ac venerandi patri/
arche et prophete qui de adventu xpi spiritu sa/
ncto olim repleti precinerant et nunc ipsum dnm
ihesum regem regum et dnm verum cognoscunt ac
ineffabili laude benedicunt iam videntes ad ocu/
lum redemptorem suum quem toto corde adveni/
re desiderabant Ibi sunt incliti et ab omnibus vene/
ratione dignissimi precones xpi apostoli et
discipuli dni sanctitate et gratia pleni fundatores.
catholice fidei et nunc devoti intercessores in e/
terna gloria: pro hiis quos in fide genuerunt: et
instruxerunt Ibi precipuus fulget honore vene/
rabilis baptista xpi iohannes amicus sponsi speci/
alis Ibi petrus claviger celestis: paulus doctor
egregius / andreas / philippus / thomas / iacobus

et Iohannes cum ceteris apostolis et euangelistis cele/
briatam colimus quorum fidem tenere et exempla i/
mitari ad vitam eternam est peruenire. Ibi sancti/
ssimi gloriosi martires precioso sanguine purpurati
et innocentum cum Christo sunt quorum licet corpora cru/
delissime laniarentur tamen animi non poterant per
per tormenta ab amore Christi separari. Ibi sunt lu/
cidissimi confessores gloriosique doctores qui sancte vi/
te merito altius in dei contemplatione suspensi
Inter quos speciali fulgent honore gloriosus
doctor Iheronimus/ Ambrosius/ Augustinus/ Grego/
rius atque Bernardus/ qui multis viuendi normam
ac celestem perueniendi ad patriam suis docu/
mentis ac scriptis viam demonstrarunt. Ibi sunt in/
numere et beatissime sancte cum iunioribus nomen do/
mini assidue collaudantes. O quam gloriosum est hec
regnum/ quam letabunda ibi societas ubi letantium cho/
rus erit tanta numerositas/ ubi quilibet de alterius me/
rito/ quantum de proprio gaudebit premio. Ad quam
ergo si peruenire cupimus penitentie fructum aga/
mus in terris: quod nisi fecerimus ad ipsam nullo modo
peruenire poterimus sed perpetuis inferni arde/

cordibus contriti simus

Feria 2a de morte Mane

Meditemur fratres charissimi nos esse
mortales et post breve tempus vel hanc
vitam in aliam regionem incognitam transituros et omnes
res mundi gloriam et honores et quecumque alia qui-
bus in hoc mundo delectamur relicturos. Om-
ni enim hora omni die fini et ultime hore nostre ap-
propinquamus et cursu veloci ad mortem festi-
namus. nec interrumpitur dilatione quacumque aut a-
liquo intervallo: sive enim comedamus sive bi-
bamus sive dormiamus aut vigilemus, sive tri-
stes aut gaudentes semper festini tendimus ad mor-
tem, nec in via continua aliquo obstaculo impeditur.
Mors enim non fugit sed ubique nos expectat
arcum suum contra nos parando ut animas nostras
separet a corpore cum dolore. Nulli parcit sexui,
in etati. Nullus vadit fugere et non valet quis se
posse eripere de manibus suis. protegitur scien-
cia prudentie, bonitatis aut magistri, nobilitatis
aut potentie, simplicitatis aut innocentie, digni-
tatis aut preeminentie, iuventutis aut senectutis,

diuitiarum aut paupertatum, sed omnes indistincte ra//
pit et occidit et in manu sua concludit Et ideo//
o nil nobis certius quam quod mori. incertum vero et si//
mus quemadmodum velimus aut nolimus moriemur,
sed quando ubi et qualiter hoc nulli notum est sed
diuine maiestati reseruatum, mortis autem ho//
ra improuise veniunt, forte hoc anno, hoc
mense hoc die, que veniet tamen sur quando nihil ce//
rta cogitabimus, cum vero mortis hora venerit
quantus nobis dolor inuerit, quantum tristabimur
quod non magis nos emendauimus, quod in peccatis
nostris tam diu permansimus, quod dei precepta non
strictius obseruauimus, quod in bonis amonitionibus
acquiescere noluimus, quod miseriis nostris non pacui//
mus, quod libenter tunc omnia delectabilia relinque//
remus, quam grate omnem penitentiam acceptaremus,
si vitam obtinere possemus Tunc videbimus omne te//
pus vite nostre breue fuisse et momentaneum et si//
cut umbra transisse maxime cum perpendimus in//
statum eternitatis qui nunquam finietur ¶ C. Vicesimum
Consideremus insuper qualiter anima re//
gressa de corpore statim coram deo ter//

mundo ac terribili iudicio presentabitur / de propriis
actibus dictis et cogitacionibus strictissimam reddituru/
ra racionem, ac sentenciam irrevocabilem salvacio/
nis vel dampnacionis eterne recepturam. Expe/
ctent autem miseram animam circumdabunt crudeles
bestie / carnales demones facies nigri ethio/
pes innumerabiles expectantes eam in propri/
am capturam si forte aliquando eis in sortem ca/
dat / quis tunc suscipiet miseram animam in peccatis
corruptam? ubi hospitabitur? ubi pernoctabit? quis
in illa regione ignota cognoscet eam? quis ei ad/
erit? quis sociabit eam tunc? qui amore mundi
et carnis voluptate hic dei amorem dereliquerunt
mundo et carni servierunt: derelinquentur a deo et
4 ab omnibus sanctis eius in hora tante necessitatis
et tradentur demonibus in inferno perpetuo cru/
ciandi quam felix autem erit et quam beatus quem bene pa/
ratum mortis hora invenerit quia a sanctis ange/
lis custodietur / a superius civibus conducetur et a
celesti curia suscipietur. Vere quam autem imparatus in/
ventus fuerit querimoniam emittet voces dicens
Ve mihi quia vitam meam corrigere distuli quia tam diu/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

salutem meam retardaui O felix penitentia et con-
uersio matura quam secura esset in hac hora magis
gaudere de breui oratiuncula quam porta salutati-
one angelica deuote pro me dicta quam super mi-
lia auri et argenti talenta O mi deus quanta bo-
na neglexi: quam male accidit michi quod hec non pre-
uidi quam preuidere potui, ut nos saltem quanta bona
potuissemus fecisse et non fecimus: quam innumeras
spiritualis diuitias potuissemus congregasse et ne-
gleximus Ergo nunc dum vires suppetunt tempus
adiuuat et etas congregemus in horrea celestia
celestes thesauros ut non relinquamur vacui in
tali mortis hora singulis indubitanter super-
uentura et cum defecerimus in hac vita recipiant
nos angeli in eterna tabernacula

Feria 3a De beneficiis Mane

Ut autem amor dei in nobis amplius
excitetur et crescat consideremus a quo
vel ad quid creatus sit homo quem ve deus propter
hominem creauit, respiciamus vniuersum mundum et
videamus si in eo aliquid sit quod nobis non
deseruiat Omnis enim creatura ad hunc finem

cursum suum dirigit ut obsequiis nostris famuletur et
utilitati nostre serviat, nunquam oblectamentis parcit
et necessitatibus nostris affluentia indeficiente ac-
currat. Hoc celum, hoc aer, hoc maria ac univer-
sis que in ipsis sunt explere non cessant. Denique
paradisum plantavit, celum extendit, terramque sub-
stravit, luminaria celi nobis accendit, per u-
niversum mundum refulgentia, terram quoque
fluminibus fontibusque replevit, camposque virgul-
tis et floribus exornavit, corpori vitam, omnia que in
anima habemus et corpore donavit, et quecumque ex-
terius vel interius naturaliter vel spiritualiter pos-
sidemus dei sunt beneficia: ut ipsum beneficium pium
ac bonum commendant. Singulare autem dei benefi-
cium est quod nos inter christianos et populum sibi
dilectum nasci sola sua bonitate et clementia
(non nostris meritis) providit et inter illos ut con-
formemur fecit. Cum nos ad sibi parendum ac
serviendum nos invitaverit, quot viri et quales
abiecti sunt qui hanc, que nobis data est, gratiam con-
sequi non potuerunt, quia multe virorum generationes
ab initio mundi pertransierunt que omnes sine cogni-

tione dei et precio sue redemptionis in incerto
semperternam dilacionem sunt quibus omnibus redemptor
tur nos preciosior eum nobis hanc graciam sola sua
a bonitate largiri dignatus est donauit ipse
nobis ut eum agnoscamus per creaturas multa pe/
ccauimus nostris et defectus quos in tabulis reliqui
mus ignorantur sepe etiam cum peccauimus indul/
sit et misericorditer dissimulauit Si enim cum
sua iusticia nobiscum agere voluisset iam de//
peccati essemus cum hiis qui in inferno sunt A
multis quoque periculis sepe nos preserua/
uit, in quibus si mortui fuissemus eternaliter
dampnati essemus In quibus forte multi fortiores
nostrorum mortui sunt etiam in peccatis suis qui hanc
graciam non perceperunt heu quot sunt dampnati
in inferno qui forsan leuiora peccata et pau//
ciora commiserunt quam nos, sed pepercit nobis sua
a magna bonitas atque clemencia/ tempus et lo//
penitencie// cum aptum nobis relinquens Pro hiis ergo et aliis
infinitis beneficiis a deo nobis ~~exhibitis~~ miseri//
corditer pro aliis multis exhibitis studeamus
ei iugiter seruire et gracias agere/ ne nos tandem

ingratos a se abiciat, et potestati demonum tra-
dat in perpetuum cruciandos | Responsio

[M]agnum autem beneficium a deo nobis ex-
hibitum est mysterium incarnationis fi-
lii eius, opus maxime pietatis excellentissime
charitatis summe humilitatis et patientie singu-
laris hoc homo non invenit, hoc angelorum nullus
facere potuit, hoc apostoli facti viderunt et
docuerunt, hoc fideles omnes susceperunt, hoc pro-
phete predixere atque mirati sunt O mira cir-
ca nos divine pietatis dignatio, quam expli-
care mens humana non prevalet Ipse enim
rex regum et dominus dominantium, deus maiestatis
infinite in humillima et abiectissima servi
forma apparere dignatus est, pro mortali-
bus vermiculis sententiam dire mortis sola sua
bonitate ac charitate permotus libentissime sus-
cipiens O quanta nobis per ipsum beneficia pre-
stitit, qui per suam humanitatem factus est frater noster
ut filii dei computaremur et per ipsum accessum
haberemus ad patrem cuius offensam placare per-
se ipsum nemo dignus fuit Nulla dilectio

maior, nullus amor sincerior / nulla charitas s-
sanctior / nullus affectus ardentior, mortuus est pro /
nobis innocens / nihil in nobis quod amaret inve-
niens. Nullus denique intellectus creatus tam alte
crescere potest ut huius divini amoris preeminentiam
comprehendere possit, quia plenius sciri non potest a
creatura quanto nos amore dilexerit creator omni-
um. Non enim corruptibilibus auro vel argento
nos redemit sed suo precioso sanguine. Et sic se-
mel passus est mortem ut non solum pro nobis adhuc
mori vellet verum etiam penam mortis incompara-
biliter graviorem pro nostra salute adhuc milli-
es sufferre paratus sit

Pena quarta de extremo
iudicio Marie

T-erreat nos sonus delectissimi dies ex-
tremi iudicii iuxta illud dies domini
magnus dies ire / dies illa tribulationis et an-
gustie dies calamitatis et miserie dies tenebra-
rum et caliginis dies tube et clangoris. O quam
dura amara sustinere mortem / venire ad iudicium
Quid dormimus tepidi? quare non experrectius[?]

ad illud horribilem diem ! quod forsan venturi sumus qui
tam iusto iudici reddemus rationem usque ad ictum o-
culi de omni tempore nobis impenso qualiter a no-
bis fuerit expensum Ve tunc deo servire nolen-
tibus nunc, ve ibi secundum carnis concupiscentias ambu-
lantibus hic, ve ibi divinis [illegible] iussioni-
bus non obtemperantibus hic / ve ibi ~~penitentiam~~ re-
contempnentibus hic Ubi enim apparebit iudex vivo-
rum et mortuorum Christus pios nunc pacientissimus
tunc districtissimus O angustie hinc erunt peccata
accusantia, inde terrens iusticia, subtus infer-
ni patens horridum chaos, desuper iratus iudex in-
tus urens conscientia, foris ardens mundus Si iu-
stus vix salvabitur secundum verbum beati petri apostoli
peccator sic deprehensus in quam partem se premet
sic constrictus ubi latebit. latere erit impossibile,
apparere intollerabile In illa die ultionis
nihil habebit quod respondere possit homo pecca-
tor. ubi celum et terra sol et luna, dies et no-
ctes et totus mundus stabunt adversus
nos in testimonium peccatorum nostrorum

Vrſperu

Cogitemus quam tremendum erit illud iudi-
cis aspectus cui parum est solidum
et apertum vel secretum, cui obscura clarent, muta
respondent, silentium confitetur et sine voce mens
loquitur. Christo tunc veniente erit diabolus obiciens
nobis quecumque fecimus et in quo loco et tempore pec-
cavimus et quid boni facere tunc debuimus. Est enim
dicturus iudici: Equissime iudex iudica istum esse
meum ob culpam qui tuus esse noluit per gratiam, tuus
est per naturam, meus per miseriam, tuus ob passio-
nem, meus ob suasionem, tibi inobediens, mihi obe-
diens, a te accepit immortalitatis stolam, a me ac-
cepit hanc pannosam qua indutus est tunicam, tuam ve-
stem dimisit, cum mea huc venit, equissime iu-
dex iudica istum esse meum et mecum dampnandum.
Tunc etiam mundus accusabit nos, offenso enim cre-
atore offenditur omnis creatura. Ibi Christus reprobis
beneficia incarnationis sue improperabit eo quod
de hiis ingrati fuerunt dicens: Ecce propter vos
homo factus sum, propter vos alligatus sum, flagella-
tus sum, coronatus spinis, derisus, cruci affixus,
aceto et felle potatus. Ubi ergo tantarum iniuriarum

fructus Ecce ~~fructus~~ precium sanguinis mei quem
dedi pro redemptione amarum verum ubi fructu-
tum verum quam mihi pro precio sanguinis mei dedi-
stis Deinde proferet sententiam indiffinitam Ite
maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo
et angelis eius .i. hominibus malis Cum sputatas tunc mi-
ror vere quam tristicia. Quis luctus quando separabuntur im-
pii a consortio iustorum et a visione dei Tunc enim
separabuntur filius a patre, a matre filia a socio socius
amicus ab amico et ibunt hii ad supplicium eter-
num, iusti vero ad vitam eternam

Feria quinta De penis inferni Mane

Si quis inter nos sint socii sic obdu-
rati corde et obstinati animo ut a peccatorum
suorum sordibus non abstrahantur tot ineffabilium
gaudiorum promissionibus, nec tantis emolliantur, ut
supra meminimus, exhibitis beneficiis tamen vel gehen-
nale supplicium horrendum, peccatoribus et non penitenti-
bus preparatum pertimescant, et descendant sepe me-
ditatione in infernum viventes, ne vel inviti cogantur
descendere morientes, et considerent quam horrenda quam
quam inmania illic parata sunt tormenta peccatori-

bus. Tot enim et tanta sunt ibi suppliciorum genera ut
nulla lingua hec sufficeret enarrare, nec ullus
sensus mortalium possit ea plene estimare. Ibi enim
fetor intollerabilis est, [illegible] putredines, te//
bre profundissime, horribiles demonum facies,
ignis inextinguibilis, frigus insuperabile, flagel//
la eternum, confusio peccatorum, innodatio vinculo//
rum, desperatio omnium bonorum. Traduntur autem impii
in potestate demonum, ibunt quoque cum ipsis in ignem eter//
num, ibique semper erunt sine fine in luctu et gemitu.
Procul quippe a beata paradisi patria separati cru//
ciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem vide//
ri, nunquam refrigerium adepturi, sed per millia mil//
lium annorum in inferno cruciandi, nec in unquam libe//
randi. Ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui tor//
quetur aliquando moritur. Sic enim ibi ignis consumit ut semper
reservet quos ardet, et sic tormenta aguntur ut semper
renoventur. Ibi quidam, sicut eterne sapientie discipulo
ostensum est, ad patibula infernalia supra huma//
nam estimationem penalia suspenduntur, quidam a cani//
bus infernalibus amarissimis morsibus corroduntur.
Ibi demones ardentibus stimulis sulphureum potum poculum//

bo liquefacto simile in quorundam ventres infundit
Ibi quidam vipera luxuriosi a serpentibus devorantur
atque horribilibus bufonibus mordentur. Ibi quidam igni//
tis uncis et fuscinis usque ad viscera torquentur. quidam
in puteis metallis bullientibus plenis balneantur.
Quidam qui penitentiam non egerunt clamores et
rugitus miserabiles dant: ut sola visionis hu/
ius afflictio omnem penam mundi excedere videretur
Nil vero aliud ibi auditur nisi fletus et planctus,
gemitus et ululatus/ merores et stridores denti//
um. In stores nunc sororum reprehendimus/ et a pertubra/
meamus ne perdita hec pati cogamur. De exteriore
Confitemur perversa sorores qualiter
qui in inferno sunt erunt blasphemantes se
exclamabunt ac dicent Ve ve nobis iam nunc
et in eternum Ve quod nati sumus nec ultra mori
valemus Ve quod male torquemur nec a tormentis um/
quam liberabimur. Quid nunc prosunt dulcia vinum//
sa quibus perfruiti sumus? quid tractamus delectamenta ho
nor et ambitio: divitie et superbia contulerunt nobis
Transierunt hec omnia tamquam umbra sed proch dolor
nunc remanent que in eternum torquebunt. O eterna

nunq̄ finē habiturā perpetuā mortis supplici//
ū, o finis sine fine / mors grauior q̄ morte,
sep̄ mori et tn̄ mori nō posse / o lachrime incess//
santer profluite / oculi plorate, et oīa viscera no//
stra vlulate super hac infelici separatione / q̄//
separati sumus a summo bono / a facie dei glori//
osa et iocunda et a consortio angelorū necnō a
felicissimo sctōrū numero sumusq̄ positi ad
hanc miserā et maledictā ac crudelē dānato//
rū turbā sine fine cruciādi O cordiū gemi//
tus O stridor dentiū et fremitus hominū ploratus
ac vlulatus multus / o eternū permansurus cla//
mor, qui sep̄ durabit et nunq̄ finē habebit
q̄ sep̄ renouabit͛ et nunq̄ expandet͛ Oculi nr̄i
miseri nunq̄ aliud videbunt nisi miseriā / aures
nil aliud nisi ve ve audient atq̄ tristiciā O et
montes cadite sup̄ nos / colles operite nos heu heu//
cur hec mala nō preuidimus cū robur assumpset
tempus aderat oportunū vtinā de toto tp̄e nr̄o
inutiliter expenso superet vel vna horula tante
penite in remediū concessa: sz heu secūdiā di//
uina ~~preuidencia~~ iusticia reclusa ē nobis via sa//

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

lucis / negata mia / spes ois ablata O dolores
et miserie, o inuterna permansure angustie
in hac terra obliuionis, vbi nullus ordo sz sempi//
ternus horror inhabitat Consitemur dum pena//
rum eternitatem que omibus penis cruciatis afflic//
git: penarum enim nullus e finis nulla erit ibi
vmquam redemptio / post mille millia annorum non
appropinquabit finis, quia nullus e finis Nunc
ergo fores alterum e duobus eligamus, aut hic
cruciari cum impiis / aut perpetue letari cum sanctis
Bonum scilicet et malum, mors et vita ante nos
posita sunt, vt quod ad quod voluerimus manum
extendamus + + + + + + + + +

Feria sexta de passione Mane

Ad amorem dei et aduersitatem tollerandam /
tam nihil nos fortius dilectari sic mouere
debz quemadmodum passionis dni Jhesu deuota
meditatio Quid enim durum esse poterit quod mo//
lestum quod intollerabile, si meminerimus, quam dns
nr Jhesus xpus et deus nr redemptor nr ac salua//
tor pro nobis duros cruciatus sustinuit, suspen//
dium crucis elegit, ne nos inferius traderemur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

pertulit De multis ergo cum oculis mentis no//
stre paucas ponamus particulas ac recolamus
qualiter dei filius Jhesus Christus ultima cena cum disci//
pulis facta / egressus sit ad montem oliueti / ubi
factus est sudor eius tamquam gutte sanguinis decur//
rentis in terram Postea venerunt ministri te//
nebrarum qui eum durissime captiuatum et ho//
stiliter ligatum ad ciuitatem duxerunt Nocte
illa sacrilegi diuersis suppliciorum generibus
in eo exercuerunt / faciem eius amabilem tur//
piter conspuebant / oculos velabant / collum percu//
tiebant Mane facto cum veritatem confiteretur /
reum mortis conclamauerunt Deinde ad pi//
latum ductus et accusatus / ab eo condempnatus est
et post hec alba veste ab herode indutus tam//
quam fatuus illusus fuit Corpus eius formosum
acerrimis flagellis lacerauerunt / caput eius spi//
nis perforauerunt, facies eius amabilis sputo
et sanguine defluente sordebat Et sic tandem
condempnatum miserabiliter cruce propriis hu//
meris supposita ad locum supplicij eduxerunt et
suspenderunt in patibulo inter duos latrones

O si vidissemus eum in illa hora tam miserabiliter
pendentem in patibulo confixum / derisum felle et
aceto potatum / spinis coronatum / vestibus nuda
tum / clavis ferreis confixum / defecisset anima nostra
pre dolore In illa enim hora flebili / spaciosa
terre latitudo ei defecerat ita ut non habe//
ret ubi caput miserrimus filius reclinaret unum
quidam dicebat Posito collo caput homo per//
dit dolorosum Caro sustentaculo carentem homi//
nosum / o quis non flet intuens vultum virtuo//
sum Et alius in persona christi Vide homo que
pro te patior / ad te clamo qui pro te mori//
or / vide penas quibus afficior / vide clavos
quibus confodior / audi opprobria quibus confun//
dor / sed cum sit gravis dolor exterior / interi//
or tamen cruciatus est gravior / cum ingratum tuum te
experior Stabat quoque iuxta crucem Jhesu
mater eius mestissima cuncta dolorum suo//
rum in suo pectore sustinens vulnera Qua//
liter tunc flagiis doloris viscera penetra//
ntur / nullus perfecte estimare potest —

¶ Vespere

Attendamus nunc dulcedinem caritatis dei pro no//
bis in cruce suspensi et miseriis ultra
modum angustiati, ligno crucis immobiliter
clavis ferreis affixi. Eternamque manus inno//
centes promanantes sanguine, lateque crudeli per//
forati cuspide / o mirabilis auctoris conditio / o
inestimabilis misterii dispensatio. Nos iniqui
agimus et ipse pena mulctatur / nos facinus
admittimus et ipse plectitur ultione / nos cri//
mina committimus / et ipse tortori subicitur / nos
superbimus et ipse humiliatur / nos iocundo
delectamur cibo / et ipse fel et acetum pro no//
bis sustinuit in crucis patibulo. Dic quid quanta
dolendo dicebat. Ecce tue mercedis sunt tradicio//
nis / vinculorum verberum / conspuicionis / spen//
torum et ictuum et occisionis. Ecce sunt causa d//
nis tue passionis ista considerantes bene angusti//
nos dicere convenit. Quid commisisti dulcis
Ihesu ut sic diiudicareris? quid commisisti ama//
tissime Ihesu iuvenis / ut tam dure tractareris
quod scelus tuum, que noxa / que causa mortis / que oc//
casio dampnationis. O condicio mirabilis per//

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

cat iniquitas et punitur iustus / quod perpetrat ser-
uus dominus exsolvit Quo o nate dei tua humi-
litas descendit? quo tua flagravit charitas? quo tuus
attigit amor? quo pervenit compassio? Inde in
persona christi O homo cum longe esses a me / veni ad
te ut redimerem te / cum vias iniquitatis per [illegible]
ego revocavi te / cum inter montes et silvas
errares quesivi te / inter ligna et lapides i-
veni te / in humeris meis portavi te / patri
meo reddidi te laboravi sudavi / caput me-
um spinis exposui / manus clavis obtuli / lanceam
meum latus aperui / sanguinem meum pro te fu-
di ista ut te mihi coniungerem pertuli / et tu
te per peccatum te dividis et repellis a me
Et ad idem bernardus Tu es homo corruptibi-
lis et esca vermium futurus breviter et habes
in capite sertum de floribus ut videam vanitate
et ego deus tuus porto pro te super caput meum
spineam coronam Tu cirotecas portas in mani-
bus et ego clavos ferreos in manibus meis de-
fixos sustineo propter te Tu tripudias in ve-
stibus preciosis / et ego pro te derisus fui ab herode /

de in alba veste Tu in chorus extendis brachi//
a et ego pro te extendi brachia in cruce ad
supplicium et tormentum Ego in cruce dolui et
tu in carne exultas Tu habes latus apertum
et pectus pulchrum in signum ramis florere et e//
go latus meum confossum habui lancea militari
Sed adhuc hoc revertere ad me et suscipi//
am te dicit dominus

Sabbato / de peccatis Mame

Te autem mastis in timore dei cogita//
ang inditionem immodicam, quantum creatorem
vel deum offendere / benignissimum et dulcissimum
terribilemque iudicem / qui pro nobis tan//
ta fecit / tanta donavit supplicium crucis [illegible] //
[illegible] et amarissimam mortem [illegible] perpe//
tit offendimus et irritavimus peccatis no//
stris Quantum autem deo peccatum [illegible]
displiceat in scripturis multipliciter le//
gimus Et primo quantum ei displicuit
peccatum superbie patet ex hoc quod nobi//
lissimam creaturam suam luciferum scilicet
cum omnibus complicibus suis de summo celi//

faſtidio / nunque illuc rediturus deuenit / prop//
ter inobedientiam adam expulit de para//
diſo / et totum genus humanum originali iu//
ſtitia ſpoliauit Propter luxuriam ſubuer//
tit Sodomam et Gomorram et totam penta//
lim vnica vxore loth domo liberata perdidit
igne et ſulphure / Gentemque totam iſtam eter//
nis tradidit ſuppliciis Nec etiam cum toto
mundo diſſimulauit cum pecore acto ani//
mas vſque ad infantes vberibus adherentes e//
ſummo maternis vteris adhuc recluſos, aquis
diluuij deleuit a facie terre Sunt et alia
plura huiuſmodi dei iudicia ſuper homi//
nes ſarracenos, iudeos atque chriſtianos
dicta et capitata terribilia Ipſe etiam dei
filius mori maluit pro peccato ade quam ip//
ſum ſecundum ſuam iuſtitiam impunitum
relinquere Quis ergo noſtrum conſi//
derare valeat quanta mala quotidie
perpetramus et quanta bona facere negligi//
mus.[5] Dicit enim peccatum eſt perpe//
tratio mali / ſic delictum eſt deſertio boni,

Certo vero deus diutius expectat ut nos e-
mendemus tanto districtius nos iudicabit si
neglexerimus Nullus ergo peccatum quod
facit parvum estimare debet / omne enim
peccatum deum exhonorat / deum autem ex-
honorare quis sane mentis dicturus est
parvum / quis etiam audeat ~~peccata~~ affir-
mare peccata esse levia quibus amara
debetur gehenna Ergo nos semper pro viri-
bus peccata deinceps vitemus / et pro
commissis penitentiam agamus Nunquam enim
a quoque dei facies videbitur donec per-
penam presentem vel futuram omnium
peccatorum venialium ac mortalium quadr-
minimus persolvatur Sed in futuro se-
cundum Bernardum centuplum
reddemus quod hic simplo solvere possem-

Explicit tractatulus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 E 23